





VI
LEONAR
BRUNI
DE
STUDIIS
EC.
81
INCUNABULI
L
5
19
Biblioteca Nazionale Centrale - Firenze









Fabulæ ex græco in latinum per Laurentium Vallam uirum clarissimum uersæ.

Fabulæ ex græco in latinumper Laurentiũ Abstemium uirum clarissimumuersæ.

Ontinam sese posset spectare latinum
Nobis qui grecæ tradidit ista prior.
Diceret is credas hinc græca thalia ualeto
Cultius hæc quoniam musa latina canit.

Domicus palladius soranus pollioni uadio. Sacerdoti uenerando. S. P. D.

Iam pridē tuo sermōi de Abstemio frequenti litteratorum consessu pollio uenerande non inuitus interfui. Quū minime prætextatis (ut ita dicā) laudibus hominem celebrares adeoq; in arcem euasisti ut nemo sane (mea sententia) eum cumulatius laudare potuerit. Mox inde secedens diu hæc omnia mecum animo uolutabam unde tāta conflueret laudatiōis abūdaātia: unde tāta nō uulgaris obseruatio emanaret: unde deniq; amicitia adeo perfecta exoriretur. proculdubio nō aliunde mecū tandē collegi: q̄ ex præclaræ eius uirtutis noīe ꝓficisci: cui9 quidē uis magna & præpotens est. Quāobrē nō possum profecto non suspicere ingeniū tuū amabile: tuūq; animū uirtutibus fultū diligētius nō admirari: q neq; ābitiōe neq; īuidia neq; aliquo alio liuore deuicitur. Siquidē omnes quas meretur abstemius noster laudes nō transis silentio immo ad illas ipsas cumulādas ob ei9 incredibilē eloquentiā singularēq; doctrinam ultro accedis. idq; haud abre: quū pater omniū elegātiarū atq; idē leporū omniū merito sit et habeat̄. Et ut hæc clariora luce nō officii gratia aut temere dicant̄. quotidie quodāmodo aliq̄ ei9 laborū monumēta existere uidēus: quæ undiq; ꝑfecta uerboꝶ cōcinitate ꝑspicacissimisq; sentētiis scatēt. nā qd modo dicam de hoc apologoꝶ libello nuper impsso. ī quo perspicua ac īsignis ei9 īgenii amœnitas non absq; laude maxima redundare uidet̄. Quare nō uereor: ut is remisso cuiuscūq; aīmo pessū eat Abstemioq; a (absit inuidia uerbo) omniū q̄ iucūdissimo detrahatur. Cui & te & me ob tāti eius nominis celebritatem nulla unq̄ ī re defuturos esse liquido constabit. Vale.

LAVRENTIVS ABSTEMIVS OCTAVIANO VBALDINO COMITI MERCATELLI. S.P.D.

E Diturus hũc aplogorꝝ libellũ: quem de numero fabularum hecatomythium nuncupaui: multum diuque dubitaui Octauiane prĩceps inclyte: tuo ne eum nomini potissimũ dedicarem. Nã quom tuam in me non sine pluri mis beneficiis perspicerẽ beniuolentiam non aliquid mearum uigiliarum tibi deuouere: ĩgratissimi hominis esse uidebatur. Rursus quom tuorum in me officiorum numerum diuinasq; uirtutes tuas mecum ipse reuoluerem: indignum tantis meritis: tantaq; sapientia munusculum hoc esse cernebam: Hanc tandem dubitationem meam amouit humanitas et prudẽtia tua. qua non tam res tibi dono datas: q̃ offerentium uoluntatem soles inspicere. Addidit quoq; mihi animum Guidus ubaldus clarissimus dux: et princeps meus omni laude maiore qui opusculum meum de non nullis locis obscuris superiori ãno ei dedicatum uultu ita placido & serena frõte suscepit: ut sperare merito possem: hoc tibi qualecunq; fore non ingratum. Non mediocriter etiã me incitarunt Georgius Emus pro Venetis hic agens legatus: non solum pr̃icia nobilitate: uerum etiam bonarum artium studiis clarus: & Carolus Verardus Cæsenas Archidiaconus Cæsenæ & Alexãdri pont. max. cubicularius: uir omni litterarum genere præstans: nec non Renatus Melioratus & Robertus Vrsus ariminenses iuris consulti clarissimi; nec minus: quæ humanitatis uocant: studiis eruditi.

a.p.i

Hi eni: aliiq; complures optimi hay rerũ censores: quom hunc libellũ legissent: multis me uerbis sunt ad æditionẽ cohortati. Non putaui igit tã humano principi hoc munus igratũ futurum: quod tot eruditis uiris ante placuisse cognoueram. Accipe igitur hoc: qcquid est libelli ab. Abstemio tuo: cuius mẽtem animũque si penitus posses inspicere: in hac tenui re magnum munus tibi iudicares oblatum. Nequis autem inutilem & inanem hunc meũ scribendi laborẽ existimaret: præfatiunculam quandã præponendam censui: qua intelligeretur doctos etiam & claros uiros in magnis rebus huiusmodi fabulis non uoluptatis tantũ: uerũetiam utilitatis gratia delectatos. Sedulo dedimus operã ut seria potius q̃ iocos saperẽt. unde ridicu culas multas: quæ iter cõponẽdũ sese mihi offerebãt cõsulto pterii: qa nimis lasciuæ & tanti pricipis grauitate mihi uidebantur indignæ. Non tamen ita agrestis esse uolui quin eas aliqua urbanitate aspergerem: maxime ad pricipem scribens: quom principes curarum mole pressi soleant interdum recreãdi animi gratia iocos appetere. Vale.

Eiusdem abstemii proemium.



Ogitãti mihi uaria scriptorum genera: qui ut humanæ uitæ prodessent: cogitationes suas litterarum mandauere memoriæ: qui Apologos scripsere: non postremo loco digni esse uidentis. Non. n. modo mortalium animos incredibili quadam afficiunt uoluptate: uerũetiã ad res hõnestas utilesq; peragendas suis fabellis magis q̃ philosophi suis præceptis alliciunt. Nam ita in legentium

animōs quadam iocunditate penetrant:et quibusdam si-
militudinibus. quæ maxime ad commouendos animos
ualent: quid uitandum faciendumq; sit: ostendunt ut
omnes etiam inuiti illis assentire cogantur. Sensus enim
audiēdi fastidiosissimus res etiam utiles honestasq; haud
facile admittit.ni fuerint aliqua urbanitate conditæ. Te-
stis quidam orator atheniensis.qui ad athenienses uerba
faciens:quom eos minus attentos uideret:rogauit ut sal-
tem fabulam audire dignarentur. Quo impetrato ceres
inquit & Irundo & Anguilla simul iter facientes ad quen-
dam fluuium peruenerunt.Irundo quidem superuolauit:
Anguilla autem amnem tranauit.Quod quō dixisset ob-
ticuit:Interrogantibus autem illis quid ceres egisset. Vo-
bis īquit dea uestra succēsuit:qui:eas qui uobis utilia sua-
dent:audire nolentes:tam attentis auribus confabulantes
auditis.Quantam uim apologi habeant ad animos com-
mouendos:quom multis possem: tribus ero contētes ex-
emplis ostendere. Samiis rectorem populi morti addice-
re uolentibus: Aesopus hac fabella dissuasit dicens. Vul-
pem quendam fluuium transeuntem in lacunā fuisse pro-
pulsam. Vnde quom exire non posset:tenaci lino retenta
muscarum affligeratur aculeis. Quod Erinacius conspi-
catus misericordia motus est: interrogauit que an uellet:
ut ab ea muscas abigeret. At illa abnuit dicēs: hæ meo san-
guine iam plenæ paruam mihi possunt inferre molestiam
Si autem has abegeris: aliæ familiæ superuenīēt:quæ qc-
quid mihi superest sanguinis exhaurient. Ita o uiri Samii
uobis eueniet. Si enim hunc rectorem uestrum iam locu-
pletem occideritis:alios eligatis necesse est: qui dum se
opibus uolent īplere:quicquid hic uobis reliquit: eripiēt.

His uerbis moti Samii ab incæpto destitere. Hac ratione adductus Tiberius Cæsar diurnos magr̃atus dabat. Vnde (ut refert iosephus) sub eo per uiginti annorum spatia per duos tantum præsides. Gratum scilicet & Pilatum est gubernata Iudæa. Non parcit populis regnum breue ut iq̃t Statius. Himerẽses: Phalaridẽ agrigẽtinoꝝ tyrãnũ ducẽ exercit9 sui eligere uolẽtes. Stesichor9 pœta hoc apologo deterruit. Equus dicens solus pascebat in prato. Adueniente autem Ceruo & pascua corrumpente: consuluit hominem: qua posset illum arte punire: Cui homo: si fœnũ inquit acceperis: et me armatum dorsum tuum ascendere permiseris: Quom huic cõsilio esset obsecutus: Ceruum quidem hominis auxilio uictor abegit. Sed non amplius hominem dorso: non frenum depulit ore: Ita inquit Stesichorus uiri himerenses uobis eueni & si phalaridem ducem efficietis. Hostes quidem uestros punietis: sed huic tyranno perpetuo seruietis. Quibus uerbis territi himerẽses huiusmodi ducis eligẽdi consilium deposuere. Quom populus romanus ab senatu secessisset: q̄ tributum & militiam toleraret: nec ullo pacto reduci posset: nõne Agrippa Menenius eum hoc apologo reuocauit? Olim inquiẽs quirites humani artus uentrem ociosum & desidem intuentes ab eo discordarunt: nec amplius illi cibum ministrare decreuerunt. Sed quom ipsi quoq; alimẽta illi denegãdo: quæ per omnia membra deferuntur: deficerent: cum eo in gratiam redierunt. Eodem inquit modo Senatus et populus quasi uenter: & membra: alterum alterius auxilio indigent: & ut discordia intereunt: ita cõcordia ualẽt Qua fabula populus reuocatus cum senatu ĩ gratiam rediĩt. Non immerito igitur nõ solum Græci & latini poete

ut hesiodus & Horatius huiusmodi fabulas suis operibꝰ inseruerunt: uerumetiam maximi & celeberrimi philosophi, ut Plato Aristoteles Plutarchus & multi alii eas plurimum commendarunt: & ad stitutionem moralis & ciuilis uitæ non minimum facere arbitrati sunt. Quo circa Omnibonus leonicenus & Laurentius Valla uiri ætatis nostræ doctissimi paucos Aesopi apologos e Græco in latinum uertere sibi laudi: cæteris uero uoluptati et utilitati fore non dubitarunt. Et iure quidem. Leguntur enim & in doctissimorum uirorũ manibus cotidie uersantur. Nõ uideo igitur cur has componendo fabulas laude fraudari debeam: quam cæteri latini ex translatione consecuti sunt nisi adeo inuidi simus: ut latinis licere nõ putemus: quod Græcis est cum summa omnium laude concessum.

149

De mure in cista nato fabula pri.

MVs i cista natus omnem fere ibi duxerat ætatem nucibus pastus. quæ in ea seruari solebāt. Dum autem circa oras cistæ ludens decidisset: quærretq; ascēsum: reperit epulas lautissime paratas. quas quū gustare cœpisset; Quam stultus inquit hactenus fui: qui in toto terrarum orbe nihil melius cistula mea esse credebam. Ecce q̄ suauioribus hic uescor cibis. Hæc fabula indicat: non ita patriam diligendā: si ignobilis sit: ut alia nō adeamus loca. quom alibi beatiores esse possimus.

De rustico impetrante: ut triticum absq; aristis nascentur. fabula .ii.

IMpetrauerat a cerere Rusticus quidam: ut triticum absq; aristis nasceretur. ne metentium triturantiumque manus læderet. quod ibi inaruit: a minutis auibus depastum est. Tum Rusticus quam digna inquit patior. qui paruæ commoditatis causa emolumenta q̄maxima perdidi. Fabula indicat parua incommoda maiori utilitate pensanda.

De accipitre columbā insequente. fabula .iii

CVm accipiter columbam præcipiti insequeret uolatu: uillam quandam īgressus a rustico captus est. quem blande: ut se dimitteret: obsecrabat. Non enim te læsi dicens. Cui Rusticus nec hæc respō dit te læserat. Fabula indicat merito puniri; qui innocentes lædere conantur.

De aranea & Irundine. fabula .iiii.

ARranea ī hirundinē excādescens: quæ muscas: q suus ē cibus; capiebat; rhætia in foribus: p quas

uolitare solebat: ut eam caperet: suspenderat. Irūdo uerō aduolās rhetia cum textrice per aera portabat. Tunc Aranea in aere pendens: & se iam iam perituram intelligens: Quā iustæ hæc patior dicebat: quæ minima uolatilia magnō labore uix capiens credidi tam magnas aues posse cōprehendere: Hac admonemur fabula ne uiribus maiora aggrediamur.

De rustico amnem transituro. .v.

RVsticus torrentem transiturus: qui forte imbribus excreuerat: quærebat uadum. Et cū primū eam fluminis partem tētasset: quæ quietior placidiorq; uidebatur: reperit eam altiorem q̄ animo erat opinatus. Rursus ibi breuiorē: tutioremq; adinuenit ubi maiori aquarum strepitu fluuius decurrebat. Tunc secum Quam tutius inquit clamosis aquis q̄ quietis & silentibus uitam nostram credere possumus. Hac admonemur fabula ut minus uerbosos & minaces q̄ quietos extimescamus.

De columba & pica. vi.

COlumba interrogata a Pica: quid eam induceret ut in eodem semper loco nidificaret: quom eius pulli inde sibi semp̄ suriperētur: sīplicitas respōdit. Hæc indicat fabula facile eē uiros ꝓbos sæpe decepi.

De cuculo & accipitre. vii.

IRrisus ab accipitre Cuculus: q; quom sibi & corpore par: & colore non absimilis esset: præāgustia animi potius uermibus terrenis q̄ suauibus aliarum auium carnibus uescentur: uidit paucis postdiebus Accipitrem a rustico. cuius co-

lumbas insectabatur: captum: ad metum cæterorum ex alta turre pendere. Cui cuculus. Quam melius tibi īquit amice fuisset: uermes uenari q̄ alieas aues impetere. Hæc Fabula indicat eorum uitam tutiorem esse: & magis probandam: qui suis rebus sine periculo contenti sunt: q̄ illorum: qui aliena appetentes adeūt magna uitæ discrimina.

De Asino & Vitulo. viii.

ASinus & Vitulus in eodem pascentes prato sonitu campanæ hostilem exercitū aduentare præsenserāt. Tum Vitulus fugiamus hic o Sodalis inquit ne hostes nos captiuos abducāt. Cui asinus fuge tu inq̄t quē hostes occidere & esse cōsueuerunt. Asini nihil interest: cui ubiq; eadem ferendi oneris est proposita conditio. Hæc fabula seruos admonet ne dn̄os magnopere mutare formidēt: mō prioribus deteriores futuri nō sint.

De Vulpe & mulierib9 Gallinā edētib9. ix.

VUlpes iuxta uillam quandam transiens cōspexit cateruam mulierum plurimas gallinas opipare assatas alto silentio comedentem: ad quas cōuersa. Qui clamores inquit: & canum latratus contra me essent: si ego facerem quod uos facitis? Cui respōdens quædam: anus pessima animalium inquit: Nos quæ nostra suut: comedimus: tu uero aliena furaris. Hæc fabula nos admonet: ne putemus nobis in aliena licere: quod propriis dominis licet.

De Caponibus pinguibus & Macro. x.



VIr quidam complures capones in eodem ornithoboscioco inclusos largo nutricauerat

cibo: qui pingues effecti sunt omnes præter unum. quem ut macilentum irridebant fratres. Dominus nobiles hospites lauto & sumptuoso accepturus cōuiuio īperat coco ut ex his īterimat: coquatq3: quos piguiores īuenerit. hoc audientes corpulenti sese afflictabat dicentes. Quāto præstitisset nos macilentos esse? Hæc fabula in pauperum solamen conficta est: quorum uita tutior est q̄ diuitum.

Diuites
Pauperes

De Trabe & bobus eam trahentibus. xi.

TRabs ulmea de bobus conquerebatur. dicēs. Ingrati ego multo tempore meis uos frōdibus alui. Vos uero me nutricem uestram per saxa & lutum trahitis. Cui boues gemitus suspiriaq3 nostra: & stimulus: quo pungimur te docere potest: qd' te trahamus inuiti. Ignouit trabs. Hæc nos docet fabula: ne in eos excandescamus: qui non sua sponte nos lædunt.

Inuiti
Offendentes

De arboribus pulchris & deformi. xii.

ARbores complures in eodem creuerant loco pceræ: rectæ: enodesque præter unam humilem prauam: nodosamque. quam ut deformem pusillamq3 cæteræ ludibrio habere solitæ erant. Aedificaturus domum loci dominus iubet omnes excidi: præter eā: quæ breuitate & deformitate sua ædificium indecorꝫ redditura uidebatur. Cæteris excisis deformis hæc secum dicebat. De te non amplius quærar natura: ꝙ me turpē genueris: quom formosis tam magna uideam imminere discrimina. Hæc fabula nos admonet: ne doleamus nos natos esse deformes: quū multis formositas sæpe nocuerit.

Formositas
Formosi

De Cygno ī morte canēte reprehēso a ciconia. xiii.

151.

Ygnus moriens interrogabatur a Ciconia: cur in morte: quam cætera animalia adeo exhorrent multo suauiore q̄ in omni uita emitteret sonos: quom potius mœstus esse deberet. Cui cygnus quia inq̄t neq; cibi quærendi cura amplius cruciabor: neq; aucupū laqueos extimescam. Fabula nos admonet: ne mortē formidemus. qua omnes uitæ præsentis miseriæ præcidūtur.

De muliere uirum morientem flente: et patre eam consolante. xiiii.

Vlierem adhuc iuuenem: cuius uir animā agebat: consolabatur pater dicens. Ne te afflictes tantopere filia. Alium enim uirū tibi inueni isto longe formosiorem: qui prioris desyderium facile mitigabit. At mulier doloris impatiens: ut quæ maritum ardenti amore prosequebatur: non modo uerba parētis nō admittebat: sed intempestiuam alterius mariti mentionē accusabat. At ubi maritū defunctum uidet iter lachrimas & luctus parentē interrogat: an adsit ibi iuuenis ille: quē sibi in uirū dare uelle se dixerat. Fabula īdicat q̄cito defūctorum maritorum amor ex uxorū animo excidere soleat.

De muliere amatoris dicessum flente. xv.

Vlier impudica amatorē suū abeuntē. quē omnibus fere reb9 spoliauerat: multis lachrymis p̄sequebat̄. Interrogāte aūt eā uicina cur ita īcōsolabiliter fleret: Nō discessū ei9 īq̄t: sed palliū: q̄d ei reliqui: fleo. Fabula īdicat nō amatores: sed eorū bona a meretricib9 amari.

De musca: quæ quadrigis insidens puluerem se excitasse dicebat. xvi.

Vadrigæ ī stadio currebāt: q̄bus musca īsidebat Maximo aūt puluere tū equinoꝝ pedū pulsu: tū

rotarum uolutatione exorto dicebat Musca. Q uã magnã uim pulueris excitaui. Hæc fabula ad eos spectat. qui quũ ignaui sint: alienam tamen gloriam suis magnificis uerbis in se transferre conantur. xvii.

De anguilla conquerente: ꝙ magis q̃ serpens ĩfesta/retur.

ANguilla interrogabat serpentem quare quom si miles esset atq; cognati: homines tamen se poti/us q̃ illum insequerẽtur: Cui serpens quia rarus inquit me lædit impune. Fabula indicat minus lædi solere qui sese ulciscuntur.

De Asino Simia & Talpa. xviii.

COnquerẽti Asino: ꝙ cornibꝰ careret. Simiæ uero: ꝙ cauda sibi deesset: tacete inquit Talpa: quũ me oculis captam esse uideatis. Hæc fabula ad eos pertinet: qui nõ sunt sua sorte contenti. qui si aliorum infortunia consyderarent: æquiori animo tollerarent sua.

De nautis sanctorũ auxiliũ ĩplorãtibus. xix.

NAuta quidam ĩ mari subita & atra tẽpestate de/præhẽsus: cæteris eius sotiis diuersorum diuorũ auxilium implorantibus nescitis ĩquit: quid pe/tatis. Ante enim q̃ sancti isti ad deum pro nostra liberati/one se conferant: hac ĩminenti procella obruemur. Ad de/um igitur confugiendum censeo: qui absq; alterius admi/niculo a tantis malis nos poterit liberare. Inuocato igitur dei omnipotentis auxilio: ilico procella cessauit. Fabula ĩ/dicat: ubi potentioris auxilium haberi potest ad imbecilli ores non confugiendum.

De piscibus e sartagine in prunas desilientibus. xx.

P Isces adhuc uiui i sartagine feruēti oleo coquebātur. quorū unus fugiamus hic frēs inqt ne pereamus. Tūc oēs pariter e sartagine exiliētes in ardētes prunas deciderūt. Maiori igit̄ dolore affecti dānabāt cōsiliū: qd̄ ceperāt dicētes. Q uāto atrociori nūc morte perimus? Hæc nos admōet fabula: ut ita pñtia uitemus pericula: ne icidamus i grauiora.

De quadrupedibus societatē aduersus aues cum piscibus ineuntibus. xxi.

Q Vadrupedes quū bellū sibi ab auibus esset indictū: cū piscibus fœdus inierūt: ut eorū auxilio se ab auiū furore tuerētur. Q uū aūt optata expectarēt auxilia: pisces negāt p terrā ad eos accedere posse. Hæc nos admonet fabula: ne eos nobis sotios faciamus. qui quum opus sit: nobis auxilio esse non possint.

De legato auaro tubicines decipiēte. xxii.

Q Vidam auarus pro patria legatus in aliam urbē profectus erat: cui tubicines presto affuerunt. ut illius aures tubarum clangore: loculos autem suos pecunia impleret. Q uibus ille renunciari iubet: non esse nunc locum cantibus: se in summo luctu et mœrore constituto. matrem enim suam obiisse. tubicines autē spe frustrati et mœsti abeunt. Amicus quidam legati audiēs luctum ad eum uisendum consolandumque accedit. iterrogatq; q̄diu mater eius obiisset. Q uadraginta iam anni sunt inquit. Tunc amicus intellecta legati stropha in risum effusus est. Hæc fabula ad auaros facit. qui omni arte student conseruare pecuniam.

De uiro: qui ad cardinalem nuper creatum gratulandi gratia accessit. xxiii.

V Ir qdā facet⁹ admodū & urbanus audiēs amicū

suum ad cardinalatus dignitatem assumptum: ad cū gratulandi gratia accessit: qui honore tumidus amicum ueterem agnoscere dissimulans quisnā esset interrogabat. Cui ille ut erat ad iocos promptus. Miseresco īquit tibi. cæterisque: qui ad huiusmodi honores perueniunt. Quam primum enim dignitates huiusmodi estis assecuti: uisum auditumque: et cæteros sensus ita amittitis: ut pristinos amicos āplius nō cognoscatis. Hæc fabula eos notat: qui in altū sublati ueteres despiciunt amicitias.

De Iuuene senis curuitatē irridente .xxiiii.

IVuenis quidam conspicatus senem in arcus tēsi similitudinē curuum: īterogauauit an sibi arcū uellet uēdere. Cui ille. Ecquid īqt ē tibi opus emere: Si enim ad meam perueneris ætatē: absq; pecunia arcum tibi natura concedet. Hæc fabula indicat minime irridēda uitia senilis ætatis: q̄ nemo uiuēdo effugere potest.

De sene puellā in uxorem accipiente. xxv.

VIr quidam imprudens exacto septuagesimo uitæ anno puellā duxerat ī uxorē. quom ad id tēpus in cælibatu permansisset. Cui quom debitū soluere non posset: dicere solebat. Quā male uitā meā disposui. Iuueni enim mihi uxor deerat: nunc autē senex desū uxori. Hæc fabula innuit omnia suo tēpore pagēda.

De Aquila et pica xxvi.

PIca Aquilā rogabat: ut se inter suos familiares & dōesticos accipet: quō id mer̄ret cū corporis pulcritudie: tū ad mādata pagēda liguæ uolubilitate: Cui Aqla hoc facerem respōdit: ni uererer: nequæ intra regiā fiūt tua loquacitate cuncta efferres. Hæc fabula monet ligua-



ces & garrulos domi non habendos.

De turdo amicitiã cũ irundine ieunte. xxvii.


Loriabatᷣ turdus se amicitiam contraxisse cũ irũdine. Cui mater Stultus es fili inquit: si credis cũ ea posse conuiuere: quum uterq; uestrum diuersa soleat appetere loca. Tu enim frigidis: illa tepidis delectatur locis. Hac mõemur fabula: ne eos nobis faciamus amicos: quorum uita a nostra dissentit.

De Rustico & mure. xxviii.


Vsticus quidã erat admodũ paup: sed adeõ facetus ut ne calamitatis qdẽ tpe natiui leporis obliuisceretur. Is quũ uillã suã casu igne iniecto ita ardentem uideret: ut aliquo modo ignem extiguere posse diffideret: mœstus spectabat incendium. Interim cernit murem quẽdam: qui uilla egressus periculum ꝙocyssime fugiebat. Oblitus damnorum Rusticus cucurrit: & murem corripiens illum in medium iecit incendium dicens. Ingratum animal tempore felicitatis mecum habitasti: nũc quia fortuna mutata est: uillam meã deseruisti. Fabula indicat eos nõ esse ueros amicos: qui arridente fortuna a latere tuo nõ discedunt: turbata autem præcipiti abeunt cursu.

De Heremita uirgine ægrotante. xxix.


Nsitum est a natura omni animãtium generi: ut rei ueneteæ libidine icitentur. a qua si qui homines qui côruo albo rariores sunt: se abstinere uolunt: sæpe in graues morbos incidere solent. Q uidã igitᷣ heremita ab ipsa præsentia ita titillationes carnis euicerat: ut usq; ad quintum & uigesimũ ætatis annum uirgo permaneret. Q uũ aũt i ea ætate grauissime ægrôtare cœpisset: medici nullũ aliud salutis eius remediũ se inuenire di-

cebāt: nisi ut cū aliqua muliere coiret. Diu heremita recu-
sauit mori se potius uelle dicēs: q̄ uirginitatē rē tā præcla-
rā: & deo maxime gratā amittere. Assueti enim uirtutibus
ægre illas a se discedere patiunt̄. Victus tādē precibus &
cupiditate uitæ: qua nihil homini sanæ mētis dulcius est:
adductæ sibi mulieris īfusus gremio placidū petiuit ꝑ mē
bra soporē. Experrectus aūt uehemēter angebatur: & tan-
tā ui lachrymarꝝ effundebat: ut oēs: qui aderāt illius mi-
sererent̄. Quisq; igit̄ eū solari: & ut bono animo eēt hor-
tari. quoniā deus clæmētissimus pater ei ignoscret: qa nō
uoluptatis: sed recuperadæ sanitatis causa opus tale patras
set. At ego inquit istud nō fleo sed q̄ tātā dulcedinē citius
expertus nō sum. Hæc idicat fabula humanā naturā adeo
peccatorꝝ illecebris delectari: ut uitiorum uoluptatē facile
uirtutū amaritudini anteponant.

De diuite quodam & seruo. xxx.


Irierat diues seruū habēs tardi īgenii: quē regem
stultorꝝ solebat nūcupare. Ille his uerbis sæpius
irritatus statuit hero par referre. Semel eni i he-
rū cōuersus. Vtinā inquit rex stultorꝝ essem. In toto enim
terrarū orbe nullū meo latius esset īperiū: & tu quoq; meo
subesses īperio. Fabula indicat omnia plena esse stultorū.

De uidua uirum petente. xxxi.


Idua quædā diues a uicina petebat: ut maritū si-
bi reperiret. quē nō coitus gr̄a: qui īgratus admo
dū sibi erat: sed ne bona sua dilapidarent̄: exop-
tare se dicebat. Mulier sagax: & uiduæ uersutias intelligēs
se inquisiturā pollicetur. Paucis post diebus uiduā cōueni
ens reperi inquit tibi uirū ex animi tui sentētia. Est eni uir
prudēs: & ad res gerēdas natus & genitalibus caret. quæ ti

bi cordi nõ sũt. Cui uidua abi hic iqt i malã rẽ cũ isto marito tuo tã illepido. Et si eni coitus appetẽs nõ sũ uolo tamẽ hẽat: qd' nos recõciliet. si quãto cœperimus eẽ discodes. Hæc fabula idicat nullũ matrimoniũ felix si clauus defuerit qui uirũ et mulierem arctissime cõstringit.

De canib9 urbanis uillaticũ isequntibus. xxxii.

CAnes cõplures urbani quẽdã uillaticũ præcipiti isequebãt' cursu q̃diu ille fugit. nec repugnar au sus ẽ. At ubi ad isequentes conuersus substitit: & dẽtes ipe quoq; ostẽdere cœpit: oẽs pariter substiterũt. nec aliqs urbanorũ illi ꝓpiquare audebat. Tũc iperator exercitus: q forte ibi aderat: ad suos cõuersus milites. Cõmilitões iquit hoc spectaculum nos admonet: ne fugiamus: quũ præsentiora fugientibus q̃ repugnantibus uideamus imminere pericula

De Anu dæmonem accusante. xxxiii.

SOlẽt hoẽs ut plurimũ: quõ sua culpa aliquid sibi acciderit aduersi i fortunã uel i dæmonẽ culpam cõferre ut se crimine exuant: adeo oẽs sibi indulgẽt. Hoc dæmõ ægre ferens: quũ uideret anũ quãdã soleatã arborẽ ascẽdẽtẽ: ex qua illã ruiturã: & i se culpã collaturã præuiderat: accitis testibus dixit. Videte anum illam absq; meo cõsilio arborem ascendentem: unde, eam casurã eẽ ꝓspicio. Estote mihi testes: me ei nõ suasisse ut soleata illuc ascẽdere. Mox anus cecidit. Et quũ iterrogaret': cur soleata arborẽ ascẽdisset: dæmõ iqt me ipulit. tũc dæmõ adductis testib9 ꝓbauit id ab anu absq; suo factũ eẽ cõsilio. Fabula idicat homines minime uenia dignos: quiquom libere peccent: fortunam: uel dæmonem accusant.

De testudine & Ranis xxxiiii.



TEstudo cõspicata ranas: quæ in eodẽ stagno pascebantur: adeo leues agilesq; ut facile quolibet prosilirẽt & lõgissime saltarẽt: naturã accusabat q̃ se tardum animal. & maximo impeditum onere procreasset. ut n eq; facile se mouere posset. & magna assidue mole premeretur. At ubi uidit ranas anguiũ escã fieri: & cuiuscunque uel leuissimo ictui obnoxias: aliquãtulũ recreata dicebat. Quãto melius est onus: quo ad oẽs ictus munita sum ferre: q̃ tot mortis subire discrimina? Hæc fabula indicat. ne ægre feramus dona naturæ: quæ maiori nobis commodo sæpe sunt. q̃ nos intelligere ualeamus.

De Gliribus quercũ eruere uolentibus. xxxv.

GLires quercũ arborem glãdiferã dẽtibus eruere destinauerãt. quo paratiorẽ haberẽt cibũ ne uictus gratia totiẽs ascẽdere & descẽdere cogerẽt. Sed quidã ex eis: qui ætate: et usu rerũ: ac prudentia cæteros longe anteibat: eos absterruit dicens. Si nutricem nostram nunc interficiemus quis futuris annis: nobis ac posteris nostris alimenta præbebit? Fabula hæc monet uirũ prudentem debere non modo præsentia intueri uerum etiam futura longe prospicere.

De cane & hero. xxxvi.

CAnẽ quidã hẽns: quo magis ab illo diligeretur: semp eũ suis pascebat manibus: ligatũq; soluebat. Ligari aũt & uerberari iubebat a seruo: ut beneficia a se maleficia autem a seruo in illum uiderentur eẽ collata. Aegre aũt ferẽs cãis se assidue ligari uerberarique aufugit. et quũ increparetur a dño ut igratus: et tãtorũ beneficiorum immemor. qui se fugisset. a quo semper dilectus: pastusq; fuisset; ligatus autem uerberatusq; nunquã

respōdit. Quod seruus tuo iussu facit: a te factum puto. Hæc fabula indicat eos malefactores habendos: qui maleficiorum causa fuere.

De auibus Scarabæos timentibus. xxxvii.

MAgnus timor aues incesserat ne Scarabæi arcu pilari eas occiderent, a quibus magnā pilarū uim ī sterquilinio summo labore fabricatā audierūt. Tunc passer nolite īquit expauescere. Quo modo enī pilas in nos ꝑ aera uolantes iacere poterunt, quū eas ꝑ terrā magno molimine uix trahāt. Hæc fabula nos admōet: ne hostiū opes extimescamus: qbus deesse uidemus īgeniū.

De Vrso & apibus xxxviii.

VRsus ictus ab ape tanta ira percitus est: ut aluearia: ī quibus apes mellificauerāt: tota unguibus discerperet. Tūc apes uniuersæ: quō domos suas dirui: cibaria auferri: filios necari uiderēt: facto impetu aculeis ursum īuadētes: pene necauere. Qui ex earū manibus uix elapsus secū dicebat. Quāto melius erat apis unius aculeū tolerare: q̄ tot ī me hostes mea iracundia cōcitare. Hæc fabula innuit lōge melius interdū esse iniuriā unius sustinere: q̄ dū unū punire uolumus: multos nobis inimicos comparare.

De aucupe & friguilla. xxxix.

AVceps tetenderat uolucribus rætia: largāq; illis in aera effuderat escam. pascentes tamen aues nō capiebat. quia sibi uidebantur paucæ: quibus pastis: ac auolantibus: aliæ pastum adueniunt: quas quoq; propter paucitatem capere neglexit. hoc per totum diem ordine seruato: ac aliis aduenientibus: aliis abeuntibus: illo semper maiorem prædam expectante: tandē ad uespe-

rascere cœpit. Tunc auceps amissa spe multas capiendi: quum iã tẽpus esset quiescendi: attrahens ratia unam tantum fringuillã: quæ ĩfelix in area remanserat cœpit. Hæc fabula ĩdicat. qui omnia comprehẽdere uolunt: sæpe pauca uix capere posse.

De Milite & equo xl.

MIles equum habẽs optimum: emit alium nequaquam illi bonitate parem. quem multo diligentius q̃ priorem nutricabat. quod hic admirãs dicebat priori. Cur me dominus q̃ te impensus curat: quũ tibi neq; pulchritudine: neq; robore: neq; uelocitate comparandus sim? Cui ille: Est hæc inquit hominum natura ut semper in nouos hospites benigniores sint. Hæc fabu indicat hominum amentiam: qui noua etiam si deteriora sint: solent ueteribus anteponere.

De Sue & Cane. xli.

SVs irridebat canem odorisequum qui domino murmure & cauda adularetur a quo ad artem aucupatoriam multis uerberibus auriumq; uellicationibus fuerat instructus. Cui canis. Nescis ĩquit ĩsane nescias: quot non ex uerberibus illis sum cõsecutus. Per ea enim suauissimis perdicum coturnicũq; carnibus uescor. Hæc fabula nos monet: ne iniquo feramus animo pceptoꝝ uerbera: quæ multoꝝ bonoꝝ causa eẽ cõsueuer̃.

De Trabe Boum pigritiam increpante. xlii.

TRabs: quæ curru uehebatur: boues ut lentos increpabat dicens. Currite pigri: onus enim leue portatis. cui boues irrides nos respõderũt ignara quæ te pœna mãeat. Onus hoc nos cito deponemus. Tuum aũt tu quoad rũparis: sustiere cogeris. indoluit trabs. nec ãplius boues cõuiciis lacesser̃ ausa ẽ. Hæc fabula quẽlibet monet: ne aliorum ĩsultet calamitatibus: quum ipse

possit maioribus subiacere.

De carduele & puero. xliii.

CArduelis auis iterrogata a puero: a quo i deliciis habita & suauibus & largis cibis nutrita fuerat: cur cauea egressa regredi nollet. ut meo iquit arbitratu: nō me tuo pascere possim. Hæc fabula indicat uitæ libertatem cunctis deliciis anteponendam.

De Scurra & epo. xliiii.

SCurra quidā Kalēdis Ianuari ad episcopū quendā diuitē qdē: sed auarū accedēs numisma aureum strenæ noīe petiit. Antistes isāire hominem dixit q crederet tātā pecuniā sibi in strenā dari. Tūc Scurra numū argenteum efflagitare cœpit. Sed quū ille hunc quoq; nimiū sibi uideri diceř: æreū quadrantē: ut saltē sibi traderet: orabat. Sed quū ne hūc quoq; posset ab episcopo extorquere. Reuerēde iqt pater saltē benedictiōe tua me p strena iperti. Tūc epus flecte iqt genua fili. ut te benedicā. At ego iqt scurra benedictiōē istā tuā tā uilē nolo Si eni numū æreū ualeret: eā mihi nūq pfecto cōcederes Hæc fabula cōtra eos epos & sacerdotes cōficta ē: q diuitias & opes pluris faciūt: q̄ cūcta ecclesiæ sacra: atq; myste.

De Vpupa indigne honorata. xlv.

INuitatæ fere oēs aues ad Aquilæ nuptias idigne ferebāt Vpupā cæteris præferri. qa corona insignis eēt: & uersicoloribus pēnis ornata: quū sēpiter stercora & sordes solita eēt uolutari. Hecfabula stultiā eorū arguit: q i hominibus honorādis potius uestium nitorē: pstātiāq; formæ q̄ uirtutes moresq; soleāt attēdere

De sacerdote & piris. xlvi.

SAcerdos quidam gulosus extra patriam ad nuptias proficiscēs ad quas fuerat inuitatus: reperit i

itinere pyrorũ aceruũ. quorũ ne unũ quidẽ attigit: q̃uis magna affectus fame. Quin potius ea ludibrio habens lotio cõspersit. Indignabatur enĩ huiusmodi cibos sibi ĩ itinere offerri qui ad lautas accedebat epulas. Sed quũ in itinere torrẽtẽ quẽdã ita ĩbribus auctũ offendisset: ut sine uitæ piculo eũ transire nõ posset domum redire cõstituit. Reuertẽs autẽ ieiunus tãta ẽ opp̃ssus fame ut nisi pyra illa: quæ urina cõspserat: comesset: quũ aliud nõ inueniret: extigueretur. Hæc fabula monẽt nihil esse contẽnẽdum: quum nihil sit tã uile & abiectũ: quod aliquãdo usui eẽ nõ possit

De Mulo & equo. xlvii.

Mulus conspiciens equum aureo freno. ephippiisq̃ insignem & purpureis optum faleris rumpebatur inuidia: illum beatũ reputans qui continue optimis uesceret cibis: & decoro amiciretur ornatu. se autẽ præ illo ĩfelicẽ qui clitellis male dolatis opp̃ssus cotidie maxima onera ferre cogeretur. At ubi uidit equũ e pugna redeũtẽ multis affectum uulneribus præ illius calamitate se felicẽ appellabat: longe melius eẽ dicens cotidiano labore durum uictũ quæritare: & turpiter uestiri: q̃ post optimos & delicatos cibos: & tãtos ornatus: mortis adire discrimina. Hæc fabula monet regibus & prĩcipibus minime ĩuidẽdum quia diuitiis & opibus abundent. quũ eorum uitam longe pluribus periculis q̃ pauperorum uideamus esse subiectam.

De porco & equo. xlviii.

Porc9 cõspiciẽs equũ bellatorẽ: q̃ cataphract9 ad pugnã ꝓdibat: Stulte ĩqt quo ꝓpas: ĩ pugna. n. fortasse morieris. Cui equus. At tibi ĩter lutũ sordesq̃ ĩpiguato: q̃uis nihil dignũ laude gesseris cultell9 adi

met uitam. mortem uero meam comitabitur gloria. Hæc
fabula innuit honestius esse rebus præclare gestis occum
bere: q̃ uitam turpiter actam protrahere.

De coriario emente pellem ursi a Venatore
nondum capti. xlix.

COriarius ad uenatorē accedēs emit ab eo pellem
Vrsi: pecuniāq; pro ea persoluit. Ille sibi in pñtia
pellē ursi non eē: cæte℞ postridie uenatum ꝓfe-
ctu℞: ursoq; interfecto pellē illius ei se datu℞ pollicet. Co
riarius animi gratia cum uenatore in siluā profectus altis-
simam arborē ascendit ut inde Vrsi Venatorisque certa-
men prospiceret. Venator itrepidus ad antrū: ubi Vrsus
latebat: profectus: imissis canibus: illū exire cōpulit. qui
euitato uenatoris ictu eū prostrauit humi. Tūc Venator
sciēs hāc ferā i cadauera non sæuire: āhelitu retēto se mor
tuū simulabat. Vrsus naribus admotis olfaciēs: quum il-
lum nec naso: nec ore spirātē deprehēderet: abscessit. Co-
riarius quū ferā abisse ꝓspiceret: ac nihil āplius esse ꝑiculi
ex arbore se deducēs. & ad uenatorē: qui nondū surgere
audebat: accedēs illū ut surgeret monebat iterrogauit de-
inde quid ad aurem ei Vrsus locutus esset. Cui uenator
monuit me iquit ne deinceps ursi pellē uendere ueli: nisi
eū pri⁹ cepim. Hæc fabula idicat icerta ꝓ certis nō hñda.

De heremita & Milite. l.

HEremita quidā uir sanctissimæ uitæ militē hor-
tabatur. ut relicta sæculi militia. quam absq; dei
offensa: & animæ discrimine pauci exercent: tā-
dem se corporis traderet quieti: & animæ consuleret salu-
ti. Cui miles faciā inquit quod mones pater. Eo enim uē
rū est: ut hoc tempore milites neq; stipendia exigere uale

ant. licet exigua sit neq; prædari possint. Fabula significat multos uitiis renũciare, quia illa ãplius exercerẽ nõ possũt.

De uiro & uxore bigamis. li.



Ir qdã defuncta uxore: quã ualde dilexerat: duxit alterã & ipã uiduã. quæ assidue ei prioris mariti uirtutes: fortiaq; facinora obiiciebat. Cui ut par referret: ipse quoq; defunctæ uxoris mores ꝓbatissimos pudicitiãq; isignẽ referebat. Quadã autẽ die uiro irata pauperi elemosynã petẽti partẽ caponis: quẽ in cœnam utriusq; coxerat: dedit dicens. Do tibi hoc ꝓ aĩa prioris uiri. Q̄d audiẽs maritus accersito pauperi reliquũ caponis dedit dicens. Et ego quoq; do tibi hoc ꝓ anima uxoris meæ defunctæ. Sic illi: dũ alter alteri nocere cupiunt: quid cœnarẽt nõ habuerunt. Hæc fabula monet non esse contra eos pugnãdum, qui se possunt optime uindicare.

De Leone & Mure. lii.



Eo laqueo captus ĩ silua: quũ se ita irritum uideret ut nullis uiribus se ĩde posse explicare cõfideret murẽ rogauit: ut abroso laqueo eum liberaret: promittens tãti beneficii se nõ immemorem futurum Quod cũ mus ꝓmpte fecisset leonẽ rogauit: ut filiam eius sibi traderet ĩ uxorem. Nec abnuit leo ut benefactori suo rem gratam faceret. Noua autem nupta ad uirum ueniens: quum eum non uideret casu illum pede pressit. taq; contriuit. Hæc indicat fabula matrimonia & cætera consortia improbanda. quæ ab ĩparibus contrahuntur.

De Vlmo & Silere. liii.



Lmus ĩ ripa fluminis nata Siler sibi proximum irridebat: ut debile & ĩualidum: quod ad omnẽ uel leuissimum undarum impetum flecteretur.

suam autẽ firmitatem & robur magnificis extollebat uerbis: q̄ multos annos assiduos amnis impetus inconcussa pertulerat. Semel autẽ maxima undarũ uiolentia Vlmus perfracta trahebatur ab aquis. Cui Siler ridens ĩquit. Cur me deseris uicina? Vbi est nunc fortitudo tua? Fabula significat sapientiores esse: qui potentioribus secedunt: q̄ qui resistere uolẽtes turpiter superantur.

Potentiore seu resistere pugnare

De cera duritiem appetente. liiii.

CEra ingemiscebat se mollem & cuicunq; leuissimo ictu penetrabilem procreatã. Videns autem lateres ex luto multo se molliori factos in tãtam duritiam ignis calore peruenisse: ut multa perdurarent sæcula: se iecit in ignem ut eãdẽ duritiem cõsequeretur? Sed statim igne liquefacta consumpta est. Hæc admonemur fabula: ne appetamus: quod est nobis a natura denegatũ.

Natura seu Destinata

De Agricola militiam & mercaturam affectante. Fabula ly.

AGricola quidam ægre ferebat se assidue terram uoluere nec ꝑpetuis laboribus ad magnas diuitias peruenire: quum nonnullos uideret milites: qui raris prælijs ita rem auxerant: ut bene induti incederẽt & lautis epulis nutriti beatam agerent uitam. Venditis igitur ouibus capris ac bobus equos emit & arma & in militiam profectus est. ubi quum ab imperatore suo male pugnatum esset: non solum quæ habebat perdidit: sed etiam pluribus uulneribus affectus est. Quare damnata militia mercaturam exercere statuit. ubi maius lucrum: & minorem laborẽ esse existimabat. Prædijs igitur uenditis: quũ nauem mercibus impleuisset; nauigare cœperat. Sed

quũ in alto esset: tempestate subito cohorta: nauis submersa est: & ipse cũ cæteris: qui in ea erant ad unũ omnes periere. Hæc fabula monet quẽlibet debere sua arte esse cõtentum: quum ubiq; sit parata miseria.

De Asino & Scurra. lvi.

Asinus indigne ferẽs Scurrã quedã honorari: & pulchris uestibus amiciri. quia magnos uentris ædebat sonos ad magistratus accessit: petẽs ne se minus q̃ Scurrã honorare uellẽt. Et quũ magr̃atus admirantes eũ interrogarẽt: cur se ita honore dignum duceret: ĩquit quia maiores q̃ Scurra crepitus uentris emitto: eosq; absq; fetore. Hæc fabula eos arguit: qui ĩ rebus leuissimis suas pecunias profundũt.

De Amne suũ fontẽ cõuiciis lacessente. lvii.

Amnis quidã suũ cõuiciis fontẽ lacessebat: ut inertẽ: qꝫ ĩmobilis staret: nec ullos hr̃et pisces: se autẽ plurimũ cõmẽdabat: qꝫ optimos crearet pisces: & ꝑ ualles blando murmure serperet indigantus fõs in amnẽ uelut ĩgratũ undas repssit. Tũc ãnis & piscibus: & dulci sono priuatus euanuit. Hæc fabula eos notat: qui bona: q̃ agũt sibi arrogãt: nõ deo attribuũt a quo largo fõite nr̃a bona ꝓcedũt.

De uiro maligno & dæmõe. lviii.

Vir malignus quõ plurima perpetrasset scelera: & sæpius captus: & carcere cõclusus arctissima & puigili custodia teneretur: dæmonis auxiliũ implorabat. qui sæpe numero illi affuit: & e multis eũ ꝑiculis liberauit. Tãdẽ iterꝶ dep̄hẽso: & solitũ auxiliũ ĩplorãti dæmõ magnũ calceoꝶ ꝑtusoꝶ fascẽ sup humeros hñs apparuit dicẽs. Amice ãpli9 tibi auxilio eẽ nõ possũ. Tot enĩ loca ꝓ te liberãdo hactẽus pagraui: ut hos oẽs calceos contriuerim. Nulla mihi superest pecunia: qua alios ualcam

contenti
Ars

dispense

Arrogantes

cōparare. Quare pereundū est tibi. Hæc admonet fabula ne existimemus nostra semper impunita fore peccata.

De auibus plures reges eligere uolētib⁹. lix.


Ves consultabāt de pluribus regibus eligēdis. quom Aquilla tantos uolucrum greges sola regere non posset. fecissentq; uoto satis. nisi cornicis monitu a tali consilio destitissent. quæ quū causam rogaretur: cur non plures reges duceret eligendos: quia difficilius inquit pluresq̄ unus saccus impletur. Hæc fabula docet longe melius esse ab uno q̄ a multis principibus gubernari.

De mulier: quæ ꝓ uiro se mori uellte dicebat. lx.


Atrona quædā admodum pudica: & uiri amātissima ægre ferebat maritum aduersa ualitudine detineri. Lamentabatur. ingemiscebat: & ut suum in uirum amorem testaretur: rogabat mortem: ut si maritum sibi esset ereptura: se potius q̄ illum: uellet occidere. Inter hæc uerba mortem cernit horribili aspectu uenientem cuius timore perterrita: & iam sui uoti pœnitens Non sum ego inquit quam petis. Iacet ibi in lecto: quem occisura uenisti. Hæc fabula indicat neminem esse adeo amantē amici: qui non malit sibi bene esse q̄ alteri.

De adolescente in funere matris canēte. lxi.


Ir quidam defunctam uxorē quæ ad sepulchrū efferebatur lachrymis & fletibus ꝓsequebatur. Filius uero eius canebat. qui quum a patre increparetur: ut amens: & insanus: qui in matris funere cantaret: quum una secum mœstus esse: & flere deberet: inquit Pater mi si sacerdotes ut canerēt conduxisti: cur mihi irasceris gratis cōcinēti: Cui pater. Nō tuū inqt & sacerdotū

Conuenire decus

Mulier

Mulier

Inplicii

est idē officiū. Fabula indicat nō oīa omnibus eē decorat.

De uiro gelotypo: quí uxorē dederat custodiēdā. lxii.

V Ir gelotypus: uxorē quam parum pudice uiuere compererat: cuidam amico: cui plurimū fidebat dederat custodiendā: ingentē pollicit9 pecuniā: si eam ita diligenter obseruaret: ut nullo modo coniugalem uiolaret copulā. At ille: ubi aliquot dies expertus: custodiam hanc nimis difficilem: & ingeniū suū uersutia mulieri uinci comperisset: ad maritum accedens dixit se amplius nolle hanc tā duram gerere prouinciā: quandoquidem ne Argus quidem: qui totus oculeus fuit: mulierem in uitam posset custodire. Addidit pterea si necesse sit: malle se anno integro saccum plenū pulicibus cotidie in pratū deferre: solutoq; sacco eos inter herbas pascere uespereq; facto ad unū oēs domū reducere: q̄ una die ipudicam mulierē seruare. Hæc fabula indicat nullos custodes esse ita diligētes: qui impudicas mulieres ualeant custodire.

De uiro clysteria recusante. lxiii.

VIr quidam natione germanus diues admodum ægrotabat ad quē curandū plures accesserāt medici (ad mel enī captati cōuolāt muscæ q iter cætera dicebāt opus eē clysteribus: si uellet cōualescere: qd quū uir huiusmodi isuetus medicinæ audiret: furor pcit9 medicos domo eiici iubet dicēs: eos eē isanos: q quū caput sibi doleret: podici uellēt mederi. Hæc fabula inuit oīa etiam salutaria isuetis et inexptis asperta & ob futura uideri.

De Asino ægrotāte & lupis uisitātibus. lxiiii.

ASinus ægrotabat. famaque exierat: eum cito moriturū. Ad eū igit uisitendū quū lupi canesq; uenissēt: peterētq; a filio. Quomō pater eius se haberet, Ille per hostii rimulam respondit. Melius q̄ uelletis.

Hæc indicat fabula: ꝙ multi fingũt moleste ferre mortem alioꝝ: quos tamẽ cupiũt celeriter interire.

Quod nuci asino & mulieri ꝓsunt uerbera. lxv.



Ulier quædã interrogabat nucẽ secus uiã natam quæ a ꝑtereũte populo saxis impetebatur: Quare esset ita amens: ut quo pluribus maioribusque uerberibus cederet: eo plures ꝓ̃stantioresqꝫ fructus procrearet. Cui iuglans es ne inqt ꝓuerbii imemor ita dicẽtis.

Nux asinus mulier simili sunt lege ligati.
Hæc tria nil recte faciunt: si uerbera cessent.

Hæc fabula innuit sæpe homines propriis iaculis se solere cõfodere.

De asino laborum finem non inueniente. lxvi.



Sinus hiberno tpe plurimũ angebat: ꝙ nimio afficeret frigore: & duꝝ paleaꝝ hr̃et uictũ. Quare uernã tẽperiẽ & teneras herbas optabat. Sed quũ uer aduenisset: cogeret qꝫ a dño: q figulus erat: argillam in areã: & ligna ad fornacẽ: indeqꝫ lateres: imbrices: tegulas ad diuersa loca deferre: ꝑtesus ueris: i quo tot labores tolerabat: æstatẽ oĩbꝰ uotis expetebat: ut dñs messe ĩpeditꝰ eũ qescere pateret. Sed tũc quoqꝫ: quũ messes in areã: & inde triticũ domũ ferre cõpelleret: nec qeti locꝰ sibi eẽt: autũnũ saltẽ laboꝝ finẽ fore spabat. Sed ubi ne tũc quoqꝫ maloꝝ terminũ adesse cernebat: quũ cotidie uinũ poma ligna portãda eẽnt: rursus hyemis niues & glaciem efflagitabat: ut tũc saltẽ aliq sibi reqes a tãtis laboribꝰ cõcederet. Hæc fabula idicat nulla esse præsentis uitæ tempora: quæ non ꝑpetuis sint subiecta laboribus.

De mure: q cũ fele amicitiã cõtrahere uolebat. lxvii.



Vres complures in cauo parietis commorantes contemplabantur Felem: quæ in tabulato capite demisso; & tristi uultu recumbebat;

Tūc unus ex eis hoc animal inq̄t benignū admodū & mite uidetur. Vultu enim ipso sanctimoniam quandā præfert. Volo ipsum alloqui: & cum eo indissolubilē nectere amicitiam. Quæ quū dixisset: & propius accessisset: a Fele captus & dilaceratus est. Tunc cæteri hæc uidentes secum dicebant. Non est profecto nō est uultui temere credēdū. Hæc fabula īnuit nō ex uultu: sed ex operibus hoīes iudicādos: cū sub ouilla pelle sæpe atroces lupi delitescāt.

De Asino qui hero īgrato seruiuerat. lxviii.

ASinus: q̄ uiro cuidā īgrato multos ānos inoffēso pede seruiuerat: semel: ut fit dū sarcina p̄ssus eēt graui: & salebrosa īcederet uia sub oner̄ eeciderat. Tūc dn̄s īplacabilis multis eū uerberibus surgere cōpellebat: pigrum animal & ignauum nūcupās. At ille miser iter uerbera hæc secum dicebat. Infelix ego q̄ ingratū sortitus sum herum. Nam q̄uis ei multo tempore sine offensa seruiuerim: tamen non uult hoc unum delictū tot meis pristinis beneficiis compēsare. Hæc fabula in eos cōficta est: qui beneficiorum sibi collatorum īmemores: ēt minimā benefactoris sui in se offensā atroci pœna prosecuūt̄.

De lupo suadēte īstrici: ut tela depōeret. lxix.

LVpus esuriens in istricem intenderat animum: quem tamen quia sagittis undiq; munitus erat: inuadere non audebat. Excogitata autem eū perdēdi astutia: illi suadere cœpit: ne pacis tpe tātū tellorum onus tergore portaret. quādoq̄dē ne alii q̄dē sagittarii: nisi quum prælii tēpus instaret: portarent. Cui Istrix aduersus lupum inquit semper præliandi tempus esse credendū est. Hæc fabula innuit uirum sapientem oportere aduersus inimicorum & hostium fraudes semper esse munitū.

De mure liberante Miluum. lxx.

MVs cōspicatus Miluum laqueo aucupis implicitum: misertus est auis q̄uis sibi inimicæ. abrosisq; dente uinculis euolandi uiā ei fecit. Miluus tanti immemor beneficii ubi se solutū uidit: murē nil tale suspicantē corripiens unguibus & rostro lacerauit. Fabula indicat malignos uiros huiusmodi gratias suis benefactoribus solere reprehendere.

De Cochlea petēte ab ioue ut suam domum secum ferre posset. lxxi.

QVū Iuppiter ab exordio mundi singulis animalibus munera: quæ petiissēt: elargiret: Cochlea ab eo petiit: ut domū suā posset circūferre. Interrogata a Ioue. Quare tale ab eo munus exposceret: quod illi graue & molestū futurū erat. Malo inquit tam graue onus perpetuo ferre q̄ quū mihi libuerit malū uicinū non posse mutare. Fabula idicat malo℞ uicinitatē oī icōmodo fugiēdā.

De Erinacio Viperā hospitē eiiciente. lxxii.

ERinacius hyemē aduētare præsentiens blāde uiperā rogauit: ut in propria illius cauerna aduersus uim frigoris locū sibi cōcederet: quod quum illa fecisset: Erinacius huc illuc se prouoluēs spinarū acumine Viperā pungebat: & uehementi dolore torquebat. Illa male secū actū uidēs: quādo Erinacius suscepit hospitio blādis eū uerbis: ut exiret orabat: quādoqdē locus ambobus eēt angustus. Cui Erinacius exeat iquit: q hic manere nō potest. Quare Vipera sētiēs sibi locū ibi nō esse: illi cessit hospitio. Fabula indicat eos in consortia non admittendos: qui nos possunt eiicere. De lepore sese uulpi præferente ob pedum uelocitatem. lxxiii.

LEpus sese dignum reputabat: qui Vulpi præferretur quoniam longe illã pedum pernicitate superabat. Tunc Vulpes. At ego inquit ingenium sum sortita præstantius: quo sæpius q̃ tu pernicitate tua canes eludo. Hæc indicat fabula corporis uelocitatem & uires ab ingenio longe superari.

De sene ob impotentiã libidinẽ carnis reliquẽte. lxxiiii.

VIr quidã sanctitate præditus singulari senẽ quendam admonebat: ut tandem uitium libidinis dimitteret: cui uehemẽter insudarat. Cui senex obtemperabo ĩquit pater sãcte sanctissimis optimisq; admonitionibus tuis. Nam usum Veneris admodum mihi obesse sentio: & uirga amplius non arrigitur. Fabula indicat multos non amore uirtutis & dei: sed timore pœnæ & ĩpotentia a cõsuetis uitiis solere desistere.

De Agricola & poeta. lxxv.

AGricola quidam ad poetã accedens: cuius agros colebat: quũ eũ inter libros solum offendisset: interrogauit eũ quo pacto ita solus uiuere posset Cui ille solus inquit tantũ esse cœpi: postq̃ te huc contulisti. Hæc indicat fabula eruditos uiros: qui doctissimorũ uirorum turba continue stipantur: tunc solos esse: quom inter illitteratos homines fuerit.

De lupo ouis pelle induto: qui gregẽ deuorabat. lxxvi.

LVpus ouis pelle indutus ouiũ se ĩmiscuit gregi cotidieq; aliquã ex eis occidebat. Q đ cũ pastor aĩaduertisset: illũ ĩ altissima arbore suspẽdit. Interrogãtib9 aũt cæteris pastorib9 cur ouẽ suspẽdisset: aiebat. Pellis qdẽ ut uidetis ẽ ouis. opa aũt erãt lupi. Hæc ĩdicat fabula hoĩes nõ ex abitu: sed ex opib9 iudicãdos: quo-

niam multi sub uestimētis ouium lupina faciunt opera.

De patre filiū ad uirtutes frustra hortāte. lxxvii.

Pater quidā filiū uitiis deditū multis hortabatur uerbis ut derelicta uitiorum uia uirtutibus inuigilaret. quæ ei laudē & decus erāt pariturae. Cui filius frustra īquit pater me ad hæc faciēda hortaris. Multos enim prædicatores (ut aiunt) audiui. q longe te melius ad uirtutum hortabant uiam. Nunq̄ tamē eorꝝ admonitionibus obsecutus sum. Fabula indicat uiros malignæ naturæ nullius hortatu a uitiis uelle desistere.

De Cane oues dñi sui occidēte: a quo suspēsus ē lxxviii.

Pastor quidā Cani oues suas dederat custodiendas. optimis illū pascēs cibis. At ille sæpe aliquā ouem occidebat. Quod quum pastor aīaduertisset canē capiēs eum uolebat occidere. Cui Canis. Quid me inquit perdere cupis qui sum unus ex domesticis tuis? Interfice potius Lupum qui continue tuo insidiatur ouili. Immo inquit pastor te q̄ Lupū morte dignū magis puto. Ille enim palam se meū hostē pfitetur. Tu uero sub amicitiæ specie cotidie meum īminuis gregem. Hæc innuit fabula longe magis puniendos: qui sub amicitiæ specie nos lædunt: q̄ qui aperte se nostros inimicos profitentur.

De Ariete cū Tauro pugnāte. lxxix.

Aries quidam inter lanigeros greges erat: tanta cornuum & capitis firmitate: ut cæteros arietes statim facileq; superaret. Quare quum nullum amplius arietem inueniret. qui occursanti sibi auderet obsistere: crebris elatus uictoriis Taurum ausus est ad certamen prouocare. Sed primo congressu quum in tauri

nam frontẽ arietasset: tã atroci ictu repercussus ẽ: ut fere moriens hæc diceret. Stultus ego quid egi? Cur tã potentẽ aduersariũ ausus sum lacessere: cui me ĩparẽ creauit natura? Fabula ĩdicat cũ potẽtioribꝰ se nõ esse decertãdum.

De uidua & asino uiridi. lxxx.



Idua quædã cælibatum exosa nubere cupiebat: sed non audebat: uerita uulgi irrisiones: qui maledictis eas solet incessere: quæ ad secundas trãseunt nuptias. Sed commater eius q̃ contemnendæ essent populi uoces hac arte monstrauit. Iussit enim asinum album: quẽ uidua habebat: uiridi colore depingi: & per omnes urbis uicos circunduci. Quod dum fieret: tanta admiratio ab initio omnes inuaserat: ut non solũ pueri: uerũ etiã senes hac re insolita moti Asinũ animi gratia comitarẽtur. Deinde quũ huiusmodi animal cotidie ꝑ urbẽ duceretur desierunt admirari. Itidẽ inquit ad uiduã cõmater eueniet tibi. Si enim uirũ acceperis ꝑ aliquot dies eris fabula uulgi. Deinde hic sermo conticescet. Hæc fabula indicat nullã rẽ esse tanta dignam admiratione: quæ diuturnitate tẽporis non desinat esse miraculum.

De Aquila filios cuniculi rapiente. lxxxi.



Quila in altissima arbore nidulata catulos Cuniculi: qui non longe inde pascebantur: ĩ escam pullorum suorum rapuerat. quam Cuniculus blandis orabat uerbis: ut suos sibi filios restituere dignaretur. At illa eum: ut pusillum: & terrestre animal: & ad sibi nocendum impotens arbitrata eos in cõspectu matris unguibus dilacerare: & pullis suis epulandos apponere non dubitauit. Tunc Cuniculus filiorum morte commotus

hãc iniuriam minime impunitã abire permisit. Arborem enim: quæ nidũ sustinebat: radicitus effodit quæ leui impulsu uentoꝝ procidẽs pullos. Aquilæ adhuc implumes & inuolucres in humũ deiecit: qui a feris depasti magnũ doloris solatium. Cuniculo præbuerunt. Hæc indicat fabula neminem potentia sua fretum imbecilliores debere despicere quum aliquando infirmiores potentiorum iniurias ulciscantur.

Potentiores Debiliores

De Lupo pisce fluuii maris regnum affectãte. lxxxii.

LVpus piscis erat in amne quodam: qui pulchritudine: magnitudine: ac robore cæteros eiusdẽ fluminis pisces excedebat. Vnde cuncti eũ admirabãtur: & tanq̃ regem præcipuo prosequebãtur honore. Quare in superbiã elatus maiorẽ pricipatũ cœpit appetere. Relicto igitur amne: in quo multos annos regnauerat ingressus est mare: ut eius regnũ sibi uẽdicaret. Sed offendens delphinũ miræ magntudinis: qui in illo regnabat: ita ab illo insectatus est: ut aufugiẽs uix amnis hostiũ ingrederetur. Vnde amplius non est ausus exire. Hæc fabula nos admonet: ut rebus nostris contenti ea non appetamus: quæ nostris uiribus sunt longe maiora.

Contenti Sua Vires

De oue pastori conuiciante. lxxxiii.

OVis conuiciabatur pastori quod non contentus lacte: quod in usum suum filiorumq; ab ea mulgebat: insuper illam uellere denudaret. Tũc pastor iratus filium eius trahebat ad mortem. Ecquid inquit Ouis peius mihi facere potes? Vt te iq̃t pastor occidã & lupis cãibusq; ꝓiiciã deuorãdã. Siluit ouis maiora adhuc mala formidans. Hæc fabula ĩdicat nõ debere homines

Patientia Sua

in deū excandeſcere: ſi diuitias: ſi filios ipſis permittat auferri: quum etiam maiora & uiuentibus & mortuis poſſit inferre ſupplicia.

De Auriga & rota currus ſtridente. lxxxiiii.



Vriga interrogabat currū: quare rota. quæ erat deterior ſtrideret: quum cæteræ idem non facerent. Cui currus. Aegroti inquit ſemper moroſi & queruli eſſe conſueuerunt. Hæc indicat fabula mala ſolere homines ad querimoniam ſemper impellere.

De uiro amicos experiri uolente. lxxxv.



Ir quidam diues admodum & liberalis magnā habebat amicorum copiam: quos ad cœnā ſæpiſſime inuitabat. ad quam libentiſſime accedebant. Volens autem experiri: an in laboribus & periculis ſibi fideles eſſent: omnes pariter conuocauit dicens obortos ſibi inimicos: ad quos perdendos ire ſtatuerat. Quare correptis armis ſecum irent: ut illatas ſibi ulciſcerētur iniurias. Tunc omnes præter duos ſeſe excuſare cœperunt. Cæteris igitur repudiatis illos tantum duos in amicorum numero habuit: quos deinde ſingulari amore proſecutus eſt. Hæc indicat fabula aduerſam fortunam amicitiæ experimentum eſſe q̄optimum.

De Vulpe carnem leporis cani laudāte lxxxvi.



Vpes quom fugaretur á cane: & iam iā eſſet capienda: nec ullam aliam euadendi uiam inueníre ſe poſſe cognoſceret. Quid me inquit ô canis perdere cupis: cuius caro tibi uſui eſſe non poteſt. Cape potius leporem illum (non procul enim lepus aberat) cuius carnem ſuauiſſimam mortales eſſe cōmemorant. Canis igitur motus conſilio Vulpis omiſſa Vulpe leporem

insecutus est: quem tamen ob incredibilem eius uelocitatem capere non potuit. Paucis post diebus. Lepus conueniens Vulpē uehemēter eam accusabat (uerba enim eius audiuerat) q̄ se Cani demonstrasset. Cui Vulpes. Quid me accusas Lepus: quæ te tantopere laudaui? Quid diceres: si te uituperassem Hæc indicat fabula multos mortales sub laudationis specie aliis perniciem machinari.

De Lepore calliditatem: & Vulpe celeritatem a Ioue petentibus. lxxxvii.

LEpus & Vulpes a Ioue petebant: hæc ut caliditati suæ pedum celeritatē: ille ut uelocitati suæ calliditatem adiungeret: quibus Iuppiter ita respondit. Ab origine mūdi e sinu nostro liberalissimo singulis animātibus sua munera sumus elargiti. Vni aūt oīa dedisse aliorū fuisset iniuria. Hæc innuit fabula deū singulis sua munera ita esse æquali lance largitum: ut quisq; esse debeat sua sorte contentus.

De equo inculto sed ueloci. & cæteris eum irridentibus. lxxxviii.

EQui cōplures ad circēses ludos fuerāt adducti pulcherrimis phaleris ornati: præter unū quem cæteri ut incultū: & ad huiusmodi certamē ineptū irridebāt: nec unq̄ uictorē futurū opinabātur. Sed ubi currēdi tempus aduenit: & dato tuba signo cuncti e carceribus exiliere: tū demum inotuit: quanto hic pauloante irrisus cæteros uelocitate superaret. Omnibus eni aliis post se longo interuallo relictis palmam assecutus est. Fabula indicat non ex habitu: sed ex uirtute homines iudicandos.

De Rustico per uocem hædi ad iurisconsultum ad misso. lxxxix.

Laudes Fucus
Omnia Natura Contenti Sua
Habitus Virtus Sua

Vsticus q̄dã graui lite implicitus ad quẽdã Iuriscõsultũ accesserat: ut eo patrono sese explicaret. At ille aliis negociis ĩpeditus renũciari iubet: se non posse nũc illi uacare. Quare abiret alias rediturus. Rusticus: q huic ut ueteri fidoque amico plurimũ fidebat: pluries rediẽs nũq̄ admissus est. Tandẽ hædũ adhuc lactẽtẽ & piguẽ secũ deferẽs ãte ædes iurisperiti stabat & hædũ uellicãs illũ balare cogebat. Ianitor: q ex præcepto heri dona portãtes statĩ admittere solebat: audita hædi uoce: Ianuã illico aperiẽs hominẽ ĩtroire iubet. Tunc Rusticus ad hædũ cõuersus grãs ĩquit tibi ago hædule mi: q tã faciles mihi has effecisti fores. Fabula ĩdicat nullas tã duras difficilesq̃ fores esse: quas munera non aperiant.

Auri
Munera

Munera

De adolescẽte ex coitu infirmo & lupo. xc.

Dolescẽs q̄dã uxorẽ duxerat: & ĩpam quoq̃ adolescentulã formosã admodũ & libidinosã: cuius effrenæ libidini dũ satisfacere cupit: ita lũbos exhausit: ut paucis diebus macilẽtusq̃ fieret: & mortuo magis q̄ uiuo similis uideretur. Nõ ĩgredi: nõ stare: nõ aliq̄d opus facere poterat. Vt senex q̄dã apricatione gaudebat. Dũ ergo ĩ aprico stãs loco calore solis sese calfaceret: accidit: ut Venatores: qui lupũ fuerãt insectati: illac iter haberẽt: quos quũ adolescẽs ĩterrogaret: cur lupũ nõ ceperãt: ob ĩcredibilẽ ĩquiũt illius uelocitatẽ illum asseq nõ potuimus. Tũc ait adolescẽs. Vxorẽ pfecto hic lupus habere nõ debet. Si enĩ uxori iũctus esset: nũq̄ tãta pedũ pnicitate polleret. Hæc ĩdicat fabula neminẽ eẽ adeo robustum & fortẽ: quẽ nimius ueneris usus nõ ĩfirmũ & debilẽ reddat.

Luxuria

Vxor

Luxuria

De Sene Iuuenem poma sibi surripientem saxis deiiciente. xci.

SEnex quidam iuuenē sibi poma surripientem blandis orabat uerbis: ut ex arbore descendere: nec res suas uellet auferre. Sed quum in cassum uerba funderet: iuuene eius ætatem ac uerba contēnente: non in uerbis tantū inquit: uerum etiā in herbis audio esse uirtutem. Herbas igitur uellere: & in illum iacere cœpit. Quod iuuenis conspicatus in uehemētē risum effusus ē: & senem delirare arbitrabatur: qui crederet eum ex arbore herbis posse depellere. Tūc senex omnia experiri cupiens. Quando inquit uerborū & herbarū uires aduersus raptorē meaꝝ rerum nullæ sunt: lapidibus agā. in quibus quoqꝫ dicūt esse uirtutē. lapidesqꝫ quibus gremium impleuerat: in Iuuenem iaciens: illū descendere & abire coegit. Hæc fabula indicat omnia prius sapienti tentanda: q̄ ad armorum confugiatur auxilium.

De luscinia cātū accipitri pro uita pollicēte. .xcii.

LVscinia ab Accipitre famelico cōprehensa. quō se ab eo deuorandam intelligeret: blande eū rogabat: ut se dimitteret pollicita pro tanto beneficio ingentem mercedē sese relaturam. Quum autē accipiter eam interrogaret quid gratiæ sibi referre posset. Aures inquit tuas mellifluis cantibus demulcebo. At ego iq̄t Accipiter malo mihi uentrem demulceas. Sine tuis enim cantibus uiuere: sine cibo uero non possum. Hæc fabula innuit utilia iocundis anteponenda.

De Leone porcū sibi socium eligente. xciii.

LEo quom socios asciscere sibi uellet: multaqꝫ animalia sese illi adiungere optarēt: idqꝫ precibꝰ: & uotis exposcerēt cæteris scriptis cū porco solū societatem uoluit inire; rogatus autem causam respondit.

Quia hoc aial adeo fidum est: ut amicos & socios suos in nullo quātūuis magno discrimine unq̄ relinquit. Hæc fabula docet eorꝝ amicitiā appetēdā: q̄ aduersitatis tēpore a præstando auxilio non referunt pedem.

De culice cibū & hospitiū ab ape petēte. xciiii.



Vlex hiberno tēpore quum & fame & frigore se periturū coniiceret: ad Apiū accessit aluearia: ab eis cibum & hospitiū petens. Quæ si ab eis fuisset consecutus: promittebat filios earꝝ se artē musicam edocturum. Tūc quædā Apis at ego inquit artem meam malo liberi mei discant: quæ eos a famis & frigoris periculo eximere poterit. Fabula nos admōet: ut liberos nostros iis artibus erudiamus: quæ eos ab inopia ualeāt uēdicare.

De Asino tubicine & lepore tabellario. xcv.



Eo rex quadrupedū aduersus uolucres pugnaturus suorum acies instruebat. Interrogatus autē ab Vrso quid ei Asini inertia aut leporis timiditas ad uictoriā conferre possent: quos ibi inter cæteros milites adesse cernebat: respondit. Asinus tubæ suæ clangore milites ad pugnā cōcitabit. Lepus uero ob pedum celeritatem tabellarii fungetur officio. Fabula significat neminem adeo cōtēptibilē qui aliqua re nobis ꝓdesse nō possit.

De Accipitribus inter se inimicis: quos columbæ pacauerant. xcvi.



Ccipitres inuicē inimici cotidie decertabāt: suisque odiis occupati alias aues minime īfestabant Colūbæ illorꝝ uicē dolētes eos missis legatis cōposuere. Sed illi ubi īter se amici effecti sunt: cæteras aues imbecilliores: & maxime colūbas uexare & occidere non desinebāt. Tūc secū columbæ q̄ utilior accipitrum discor



dia q̃ concordia nobis erat? Hæc monet fabula malorum inter se ciuium odia alenda potius q̃ extinguenda. ut dum inter se digladiãtur: uiros bonos quiete uiuere ꝑmittant.

De muliere ignẽ secũ ĩ mariti domũ ferente. xcvii.



Ir quidã prudẽs uxorem ducebat. Interrogatus autem ab amicis quid sibi uellet facula illa: quã noua nupta accensã é paterna domo effert. Rursusq; mariti domũ ingressura accẽdit: & intro fert. Significat inquit me hodie ignẽ e soceri mei ædibus ablatum in domum meam ĩferre. Fabula significat sæpenumero mulieres ignem quendam esse: qui mariti bona comburit.

De prætore repetundaꝝ damnato. xcviii.



Rætor: q̃ prouĩciã: cui præfuerat: expilauerat repetũdarũ dãnatus fuerat. Quumq; ægre ablata restitueret dicebat quidã é ꝓuincialibus. hic noster prætor mulieres imitatur. quæ fœtus concipiẽtes mira uoluptate afficiuntur: quũ autẽ eos emittũt incredibili dolore torquẽtur. Fabula significat: aliena nõ esse surripienda: ne illa deponere coacti mœrore conficiamur.

De sene mortem differre uolente. xcviiii.



Enex quidam mortem: quæ eum e uita erepturã aduenerat. Rogabat ut paululum differret. dũ testamentum cõderet: & cætera ad tantum iter necessaria præpararet. Cui mors cur non inquit hactenus præparasti: toties á me admonitus? Et quom ille eam nunquam a se uisam amplius diceret: quum inquit non equales tuos modo: quorum nulli fere iam restant: uerum etiam Iuuenes: pueros: infantes quotidie rapiebam.

non te admonebam mortalitatis tuæ? Cum oculos hebescere: auditum minui: cæterosque sensus in dies deficere: corpus ingrauescere sentiebas: nonne tibi me propinquã esse dicebam. Et te admonitum nagas. Quare ulterius differendum non est. Hæc fabula indicat ita uiuendũ: quasi mortem semper adesse certamus.

De Auaro sacculum numorꝝ alloquente. c.

Vir quidam auarus: qui ingentem aureorum aceruum male partum relicturus moriebatur: interrogabat sacculum Numorum: quem morienti sibi iusserat afferri: quibus uoluptatem eẽt allaturus: Cui sacculus hæredibus inquit tuis qui numos a te tanto sudore quæsitos ĩ scortis & conuiuiis profundent: & dæmonibus: qui animam tuã æternis suppliciis mãcipabũt. Hæc indicat fabula stultum esse in iis laborare: quæ aliis gaudium: nobis autem sint allatura tormentum.

Petri pauli phantini de tradotio in hecathomythion consumatiss. Viri Laurentii Abstemii Maceraten tetrasticõ

Quod nemus hesperidum panchaia bactra sabæi
Helysium quod hẽt: quod tagus: astur arabs:
Cuncta tuo abstemi nascuntur sponte uirecto
Cuius habent siliquæ seria: non apinas.

Ioãnis antracini maceraten: in hecathomythion clarissimi uiri Laurentii abstemii maceraten tetrasticon

Doctiloquos aliis scriptis superare latinos
Quære: sumus lepidis græcia docta pares
Te xanthi seruus technis celebrauit amænis:
Non minus abstemi nos decorauit opus.

LAVRENTII VALLENSIS IN. XXX. FABVLARVM ESOPI E GRECO IN LATINVM SERmonẽ ad clarissimum uirũ Renaldũ fonaledæ præfatio.



Romisserã nuperrime tibi coturnices: quas ipse uenatus essem missurũ. Eas capere: ut homo uenãdi insuetus quo nõ possẽ: ad uenationẽ meã idest litteras me cõuerti. Et forte ad mãus uẽit libellus græcus ex præda nauali tres & triginta Aesopi fabellas cõtinens. has omnes bidui labore uenatus sum. Mitto igitur ad te siue fabellas: siue mauis coturnices: quibus oblectarĩ te possis: ac ludere. Etenim si Octauianũ: Marcũq; Antoniũ orbis terrarũ pricipes ludo coturnicũ delectatos accepius: pfec litterarũ amãtissimus litterato hocgñe ludẽti delectaberis to tu uir Et si qs Octauião aut Antonio pugnacẽ aliq harũ auiũ dono dedisset: iocundam illis rem gratamq; fecisset. Ego quoq; tibi iocundus gratusq; ero: q plus triginta eius generis aues dono mito pugnaces uictrices: et si forte hoc te magis iuuat: et pingues. Oblectant enim hæ fabellæ & alunt: nec minus fructus habent q floris. Sed ne donum suum laudare insolẽtis sit: finem faciam. Tu si coturnices ueras: q has fabellas malis rescribe. Mittã namq; nõ modo coturnices: sed etiã pdices. Ex urbe Caieta. Kal. Maii. Mcccc.xxxviii.

De Vulpe & Capro.



Vlpes & caper sitibundi in puteum descẽderũt in quo quom perbibissent: circũspicienti reditũ Capro Vulpes ait. Bono ani mo esto Caper. Excogitaui namq; quo pacto uterque reduces simus. Siquidẽ tu eriges te rectum: prioribus pedibus ad parietem

admotis: cornuaq; adducto ad pectus mento reclinabis: et ego per terga cornuaq; tua transiliens: et extra puteum euadēs te istinc postea educā. Cuius consilio fidē habenti capro: atq; ut illa iubebat: obtemperanti: ipsa ē puteo prosiliit. Ac deinde præ gaudio ī margine putei gestiebat exultabatq; nihil de hirco curam habens. Caeterum quū ab hirco ut fidifraga incusaretur: respondit. Enim uero hirce si tantum esset tibi sensus in mente: quantum est setarū in mento: non prius in puteū descendisses: q̄ de reditu exploratum habuisses. Hæc fabula innuit uirum prudentē debere finem explorare: anteq̄ ad peragenda ueniat.

De Vulpe et leone.



Vlpes nullum antea leonem conspicata: quum illi alternus ex improuiso obuiasset: ita aspectū eius expauit: ut parum abfuerit: quin extinguer etur. Quod quū iterū postea accidisset: ad aspectum q̄dē leonis est exterrita: sed non ita: ut prius. Tertio autē quū leonem eundem esset intuita: non modo non exterrita sed etiam fidenter adiens secum collocuta est & confabulata. Hæc fabula īnuit quod consuetudo & conuersatio facit: ut quæ maxime horribilia & formidanda sunt: neq; horrida neq; formidolosa uideantur.

De Gallo et perdice.



Allos quidam domi suæ quum haberet: mercatus est perdicem: eamq; alendam & in societatem Gallorum dedit. una cum illis sagi nandam eamq; Galli pro se quisq; mordicabant: abigebantq;. Perdix autem apud se afflictabatur existimās ideo talia inferri sibi a Gallis: quod suum ab illorum genere alienum esset. Vbi uero non ita post aspexit; et illos inter se

pugnantes mutuò quæ percutientes recreata a mœrore inquit. Equidem post hoc non afflictabor amplius uidens eos inter se dimicantes. Hæc fabula innuit uirum prudẽtem debere æquo animo ferre contumelias ab alienigenis illatas: quos uident: ne a domesticorum quidem iniuria abstinere.

Patientia

De Vulpe & capite reperto.



VLpes aliquando in domum citharedi igressa: dum omnia instrumenta musica: omnemq; supellectilẽ scrutaretur: reperit é marmore caput scienter fabreq; factum. Quod quum in manu sumpsisset inquit. o caput cum magno sensu factũ: nullum sensum optinens. Hæc fabula ad eos spectat: qui corporis dignitatem habent: animi industriam non habent.

Dignitas / Sapientia

De Carbonario & fullone



CArbonarius conducta in domo habitans: fullonem inuitauit: qui eo loci proxime uenisset: ut eisdem in ædibus una habitarent. ad quem fullo o homo non est isthuc factum cõducibile. Vereor enim ne quicquid ipse candidifacerem: id omne tu carbonaria aspergine fuscares. Hæc fabula innuit nullum cum flagitiosis habendum esse commercium.

Mali

Societa / Conuersatio

De uiro iactabundo.



VIr quidam aliquandiu peregrinatus: quum iterũ domum reuertisset: quum multa alia in diuersis a se uiriliter gesta iactabundus prædicabat: tum uero id maxime: quod Rhodi omnes in certamine saliendi superasset: eiusdẽ rei Rhodios: qui affuerũt: testes esse: ad quẽ unus assistẽtiũ respondens inquit. o homo si uerũ

isthuc est: quid loqueris? quid tibi opus ē testibus? Ecce hic Rhodus. ecce hic certamen saliendi. Hæc fabula innuit: quod ubi rerum testimonia adsunt: nihil opus ē uerbis.

De uiro apollinem tentante.



Ir quidam facinorosus Delphos se cōtulit Apollinem tentaturus: habensq; passerculū sub pallio quem pugno tenebat. et accedens ad tripodas: interrogabat deū dicens: Quod habeo in dextra uiuit an ne mortuum est? prolaturus passerculum uiuum: si ille mortuum respondisset. Occidisset enim statim sub pallio clam prius q̄ proferret: At deus subdolem calliditatem hominis intelligens dixit. o consultor utrum mauis facere (penes te. nanq; arbitrium est) facito. et siue uiuum siue mortuum: quod in manibus habes: proferto. Hæc fabula inuit mētem diuinā nihil neq; latere: neq; fallere.

De piscatore.



Iscator quidam demissis in mare rhætibus extulit Ismiridem pusilli corporis. quæ sic piscatorē obsecrabat: Noli me in præsentiarū capere pusillam et minutam. sine abire & crescere: ut postea sic adulta cōmodo maiore potiaris. cui piscator inquit. Ego uero amens sim: si lucrū: quod inter manus habeo: licet exiguum prætermittā spe futuri boni quātum libet magni. Hæc fabula innuit. Stolidum esse: qui propter spem maiorem rem præsentē et certam licet paruam non amplectitur.

De Equo & Asino.



Ir quidam habebat equum et asinum. In itinere autem faciendo inquit Asinus Equo. Si me saluum uis releua a me partem oneris mei. Equo

illius uerbis non obsequente Asinus sub onere cadés moritur. Tunc dominus iumentorum omnes: quas portabat Asinus sarcinas: simulq; corium quod a mortuo exuerat: equo imponit. quo onere depressus equus: & gemés cũ clamore inquit. Væ mihi iumentorũ infelicissimo. Quid mihi misero male euenit. Nam recusans partem: nunc totum onus porto. in super et illius corium. Hæc fabula innuit maiores debere in laboribus participes esse minoribus: ut utriq; incolumes sint.

Maiores Minores Compassio

De uiro et Satyro



Ir quidã cum satyro amicitiam inierat. qui quũ edendi gratia sederent: exorta cæli tempestate ac frigore: uir manus ad os admouens anelitu refocillabat. quod intuens Satyrus interrogabat. Quamobrem id faceret. Ille inquit calore oris algentes manus refocillo. pauloq; post: calidiori edulio allato cum uir iterum ad os manum cum edulio admouens calorẽ cibi tenui inspiratione refrigeraret: Interrogat Satyrus quamobrẽ et id faceret. Respondente autẽ uiro: ut refrigeraret ac eduliũ. atq; ego inquit Satyrus tecum posthac amicitiam non exercebo. qui ex uno ore & calidum promis et frigidum. Vale. Hæc fabula innuit: deuitandam eius amicitiã esse: cuius anceps uita est: et non simplex sermo.

Amicitia

De Vulpe et pardo



Vlpes & pardus de pulcritudine altercabantur Et pardo suam uersicolorem pellem extollente Vulpes quom suam præponere non posset: inquit At quanto ego speciosior: quæ nõ corpus: sed animũ uersicolorem sortita sum. Hæc fabula innuit pulchritudinem animi antecelere pulchritudini corporis.

Pulchritudo Animus Corpus

De Fele in fœminam mutata.



Elis quædam delicium formosi erat cuiusdã ado lescentis. Hanc ille ut in fœminam mutaret: Venerẽ deprecatus est. Dea miserta cupiditati ado lescentuli conuertit bestiam in speciosam puellam: cuius forma inardescens adolescentulus adducit illam secũ domum. Quibus considentibus in cubiculo Venus uolens periculum facere nunquid illa cũ corpore mutasset & mores: murem immisit in medium. At illa & eorum: qui aderant: & cubiculi nuptialis. imemor e cubili surgens murẽ insequebatur: illum comedere cupiens. Tũc dea indignata iterum in suam restituit naturã. Hæc fabula innuit scelestos homines et si conditionem; statũq; mutent: tamen mores nequaq̃ mutare.

De Agricola & canibus.



Gricola quidam hiberno sidere in agro deprehẽsus deficientibus cibariis primũ interfectis singulis ouibus. illarum carnibus uescebatur. mox & caprarum; postremo operariis bobus interemptis alebatur. Quod canes quũ animaduertissẽt. inter se collocuti sunt dicentes. At nos hinc faciamus fugam. Si enĩ operariis bobus dominus noster non pepercit: ne nobis quidem parcet. Hæc fabula innuit fugiendos eos esse: Et cauendosq;: qui a familiaribus quoq; manus nõ abstinent.

De Agricola seuiente in filios.



Gricola filios suos uidẽs cotidie digladiãtes: neq; ĩ gratiã ĩter se reducerẽ potis eẽt: iussit fasciculũ uirgarum sibi afferri. aderant autem filii illuc sedentes; quæ quom allatæ essent colligauit omnes in unũ

fasciculum, iussitq; singulos filiorum fasciculum capere: atq; confringere. Illis uero confringere nō ualentibus: sol uens postea fasciculum tradidit singulas uirgas eis frangendas. Atq; illis statim facileq; frangentibus itulit. Ita & uos filii mei si filioli ꝑseueretis unanimes perstiteritis: inexpugnabiles uos hostibus, inuictosq; præbebitis. Si minus: ipsa uestra æmulatio: atq; seditio opportunā uos prædam inimicis faciet. Hæc fabula īnuit æque res humanas facere uel a concordia icremētū uel discordia iacturam.

De muliere & Gallina.

MVlier quædam uidua habebat Gallinam cotidie singula oua parientem. Sperans autem pro singulo bina oua parituram: si plus tribuisset escarum: opipare educabat. Gallina uero pinguior effecta ne unum quidem ouum parturire poterat. Hæc fabula innuit ꝙ homines propter luxum et copiam rerum marcescentes ab instituto retardantur.

De homine quem canis momorderat.

ADmorsus a Cane quidam circuibat singulos: corrogans curationem: Nactusq; quendam est: qui cognita mali qualitate inquit. Si tu quidem homo conualescere uis: sume crustulam panis madefactam in sanguine uulneris porrige cani: qui te momordit: comedendam: Cui ille deridens inquit. Ego me hercle si istuc fecero: dignus sum: qui ab omnibus huius urbis canibus mordear. Hæc fabula innuit improbos homines: quum maxima beneficia acceperint: tum maxime ad maleficia animari.

De duobus amicis et urso



Vobus amicis una iter facientibus fit Vrsus obuiam: quorum unus perterritus in arborē scandens latuit. Alter uero cum se imparem Vrso se fore: et si pugnare uellet: superatum iri intelligeret procidens simulabat se mortuum esse: Vrsus autem adueniens aures & occipitiū olfaciebat. Illo: qui stratus iacebat usq; continente respirationem. Ita mortuum esse credens Vrsus abiit. Aiunt enim Vrsum non sæuire in cadauer. Mox alter: qui inter frondes arboris latuerat: descendens interrogat amicum: quidnam ad aurem Vrsus secum esset locutus. Cui amicus inquit. Admonuit me ne post hac cum huiusmodi amicis iter faciam. Hæc fabula innuit deuitandos eos amicos: qui periculoso in tempore ab auxilio præstando reuocant pedem.

De Adolescentibus et coquo



Vo adolescētes obsoniū a Coco mercati coīter erant Cæterum quom Gocus quibusdam negociis domesticis intenderet: uacaretq;. Alter adolescentum partem obsonii in alterius sinum immissit. Cōquirenti qui carnem substulerat: iurabat se nō habere: qui uero habebat. Qui uero habebat iurabat se nō abstulisse. Quib9 Cocus ītellecta adolescētū astutia inquit. Etsi me latet fur: tamē eū: quē iurastis deū nō latebit. Hæc fabula īnuit: ꝙ si hoēs cælamus: deū nequaq̄ cælare poterimus.

De Arundine et olea



Iseptabāt alter Arūdo & olea de cōstātia: de fortitudine & de firmitate. Et Olea qdē ꝓbra arūdini ingerebat: ut fragili & ad oēm uētum uatilāti. Arūdo aūt obticebat: nō long ōtēpus expectans. Na cum

uentus uehemens ingruisset: arundo agitabatur: resellabatur que Olea uero: quom uiolentiæ uentorũ reluctari uellet: confracta est. Hæc fabula innuit eos: qui forcioribus ad tempus cedunt potiores esse iis: qui non cedunt.

De Tubicine.



Rat tubicen: qui ĩ militia signũ caneret. Is inter ceptus ab hominibus ad eos: qui circũsistebãt proclamat. Nolite me ô uiri ĩnocuũ insontemq; occidere Nullum enim unq̃ ego occidi. Quippe nihil bucinam aliud q̃ hanc tribam habeo: ad quem illi uicissim cum clamore responderunt. Tu uero hoc ipso magis trucidaberis: ꝙ quũ ipse dimicare nequeas: cæteros potes ad certamẽ ĩpellere. Hæc fabula ĩnuit ꝙ ꝑter cæteros peccãt: q malos et ĩportunos prĩcipes persuadent ad iniq; agẽdũ.

De aucupe & Vipera.



Vceps quidã sumptis aucupatoriis rætibus ad uenãdũ processit. uisoq; palũbo ĩ cacumine arboris sedente: cõpositas artificiose arundines cũ ræti ad auem clanculum admonebat: sperans illam se uenari posse. Quod quũ agit: in altũ ĩtuens: iacentẽ uipam pedibus: qui exasperata dolore hominem momordit. At ille iã desidens me miserũ ĩquit: qui quũ alterũ uenari uolo: ipse ab altero captus pereo. Hæc fabula innuit fraudulentos homines insidias suas occultare. Sæpe tamen ab aliis idem sustinere.

De Castore uirilia sibi imputante.



Astor præter cæteros quadrupedes in aqua dura re dr̃: eiusq; genitalia ad artẽ medicam sane utilia esse: Tunc ubi uidet se ab ĩdagãtibus hominibus captũ iri (noui enĩ quãobrẽ indagetur) ipse sibi ge-

nitalia præcidit .eaq; ad insequentes proiiciens hoc modo incolumis euadit. Hæc fabula innuit huius exemplo prudentes debere pro adipiscéda salute nullam rationem habere fortunarum.

De thyno & Delphino.

THynus quum delphinum insequeretur precipiti cursu: & iam iam capiendus esset: in anfractum quendam se intrusit: delphinusq; ad alterum similé ipetu ipso illisus est. ad qué Thynus respiciens: iáq; expirantem uidens: inquit. Iam mihi mors nó est molestε: uidens eú: qui mihi causa mortis est mecú morienté. Hæc fabula innuit æquo animo ferre homines calamitates: quú eos: pp quos i calamitate sút calamitosos aspiciút.

De cane & lanione.

CAnis quidam insiliit in Macellum lanio i aliqua re occupato: & erepto pecoris corde fugiebat. ad quem Lanius conuersus: fugiétéq; aspiciens inquit o canis ubicunq; fueris: te obseruabo. Non. n. sub stulisti: sed mihi cor dedisti. Hæc fabula innuit iacturam semper esse hominibus doctrinam.

De uate quodam.

VAticinator quidam in foro sedens sermócinabatur: quum quidá sibi præsto fuit: trepidá q; denúciat fores domus eius refractas esse: omniaq; direpta: quæ in domo fuissent: ad quem nuncium uaticinator gemés properansq; cursu se domú recipiebat. Q ué curréte quidá itués o tu inqt: q aliena negocia te diuinaturú pmittis: certe tua nó diuiasti. Hæc fabula ad eos spectat: q res suas nó recte administrátes: alienas: quæ nihil ad eos pertinent: prouidere & consulere conantur.

172

De ægroto et medico.



Egrotus quidam a medico interrogatus quonam modo se habuisset: prætermodū inquit respōdit ī sudore se fuisse resolutū. Cui medicus istud iqt bonū est. Altero aūt die iterū iterrogatus quonam modo se haberet: respōdit algoribus correptus diu uexatus sum & id quoq; medicus inquit bonū est. Tertio quū ab eo medico interrogaretur respōdit profluuio corporis debilitatus sū. Istud ēt bonū est: inquit medicus: inquit. Postea aūt a familiari quodam iterrogatus quo modo habes o amice respondit ēt atq; ēt bene habeo: sed morior. Hæc fabula innuit arguendos assentatores.

De asino & lupo.



Sinus calcato ligni aculeo claudicabat: conspectoq; lupo ait o lupe en præcrutiato morior: futurus esca aut tua: aut Vulturum: aut coruorum: Vnū modo abste munus flagito. Educ prius de pede aculeum: ut moriar saltem sine cruciatu. Tunc lupus sūmis dentibus aculeū mordicus præhendēs eduxit. Asinus uere doloris oblitus ferratos calces ī faciem lupi īpegit. fractisq; illius fronte: naribus dētibus aufugit. lupo se ipsum accusante ac merito sibi id euenisse dicente: q qui didicerat esse lanius iumentorum: nunc illorū uolebat esse chyrugicus. Hæc fabula innuit: q qui sua artificia deserunt transferentes ad aliena ipsis non apta: & in derisum ueniunt: et in discrimen.

De aucupe & merula.



Vceps tetenderat uolucribus rætia: quid eminus intuens merula percontabatur hominnem quid negocii ageret; ille respon-

dit: se condere urbem: abiit que longius: & ipse se abdidit. merula uero illius uerbis me fidē hn̄s accedēs ad escam iu sta retia appositam capptam est: accurrenteq; aucupe inquit o homo si tu quidem talem urbem condis: haud multos inuenies incolas. Hæc fabula innuit eo maxime modo rem priuatam et rem publicam destrui: quum presides sæuitiam exercent.

De Viatore et pera fauente

VIator longum ingressus iter: uouit siquid inuenisset eius dimidium Ioui se oblaturum. Inuēta autem postea in ipso itinere pera palmularum amigdalarumq; plena comedit omnes palmulas amigdolasq;. Sed harum nucleos: illarum putamina & cortices ad aram quandam obtulit. inquiens: habes Iupiter qiud tibi uoueram. quod enim inueni: eius et interiora et exteriora tibi offero. Hæc fabula inuit auarū propter pecuniæ cupiditatē etiam diis moliri falacias.

De puero et matre

PVer quidam in schola condiscipuli furatus tabellam alphabetariā: attulit matri suæ: a qua nō castigatus cottidie magis furabatur. Procedēte autem tempore cœpit furari maiora Tādem a magistratu depreheusus ducebatur ad supplicium. Matre uero sequente ac uociferāte rogauit ille satellites: ut paulisper cū ea ad aurem loqui permitterent: quibus permittentibus: et matre festinabunda aurem ad os filii admouēte: ille auriculam maternam dentibus euuilsit: Et quū mater cæteriq; īcreparēt nō modo ut furē: sed in parētē suā īpiū: iqt: Hæc mihi ut perderer causa extitit. Si enim me tabellam alphabetariā furatū īcrepasset: siue castigasset: nequaq̄ ad

ulteriora progressus: nunc ad supplicium duceret. Hæc fabula innuit: quod qui inter initia peccandi non coercentur: ad grauiora flagitia euadunt.

De pastore artē nauticam exercente.



Astor in loco maritimo gregē pascebat: cui quū uideret mare tranquillum incessit cupido nauigationem faciendi ad mercatum: Itaq; uenūdatis ouibus: emptisq; palmarū sarcinis nauigabat. Oborta autem uehementi tempestate: & naui mergi periclitātes omne pondus nauis in mare deiecit. uixq; euasit: exonerata naui. Paucis post diebus ueniente quodam: et tranquillitatem maris admirante (erat enim sane tranquillum) respondens inquit palmulas iterum uult: quantum intelligo ideoq; ĩmotum sese fore ostendit. Hæc fabula ĩnuit eruditiores effici homines damno atq; periculo.

De filio cuiusdam senis & leone.



Ilium senior quidam habebat unicum generosi animi: & uenaticorum canum amatorem. hunc per quietem uiderat a Leone trucidari. Territus ne forte somnium hoc aliquando sequeretur euentus: extruxit domum quandam quampolitissimā hē Laquearibus a fenestris amænissimam. Illuc inducens filium assiduus illi custos inhærebat. Depinxerat enim ea in domo ad oblectationem filii omne animalium genus: in quibus & leonem. Adolescens hæc inspiciens eo amplius molestiæ contrahebat. Quadam autem uice propius stās leoni inquit. o truculentissima fera propter te & propter inane somnium patris mei ĩ hac domo asseruor: uelut in cacere. Quid tibi faciam? Et hæc dicens manum parieti incussit: oculū leonis eruere uolens; et in clauo qui illic latebat; offendit,

qua ex percussione manus emarcuit: succreuitq; sanies: et febris subsecuta est: breuiq; tempore adolescens est mortuus. Ita leo adolescentem occidit. nihil adiuuante patris sophismate. Hæc fabula innuit quæ uentura sunt: deuitare posse neminem.

De Caluo crines externos gerẽte pro natiuis

CAluus quidam mentitos crines gerens: dũ equo uehebatur. ecce sibi ualidior uentus illos de capite sustulit. risus statim magnus a præsistantibus excitabãtur. & ille ĩhibito cursu ad illos ĩquit. Quid mirum: si crines: qui non erant mei: a me recesserunt: Illi quoq; recesserunt: qui mecum fuerant nati. Hæc fabula innuit non debere nos merere ob amissas opes. Quod enĩ nascentes a natura non accepimus: id non potest nobis cũ perpetuo permanere.

Esopi fabularum. xxx. tradutinis Finis.

Impressum Venetiis per Magistrum Ioannem De Cereto De Tridino. Anno domini. M.CCCC.XCV. die uero. iiii. Augusti.



Deo Gratias Amen. Legi notavi et finivi ego Julianus Ghuggelmus pratensis v. j. ... Anno Salutis. M dv. Mensis novembris die x. Die Lune: hora xv. Deo gratias Amen. Gloria in excelsis deo et ... Te Deum Laudamus etc.

Regina Coeli Letare Alleluya

Quia quem meruisti portare Alleluya

Resurrexit sicut dixit Alleluya

Ora pro nobis Deum: Et Dominum nostrum

Iesum Christum: filium tuum benedictum

Alleluya.

Prati

Anno .1505.

Mense Novembris

Die .10.

Die Lune

hora. 15.

Deo gratias Amen.

